

Klein

40

85

49.

CUM
VIR NOBILISSIMUS, DOCTISSIMUS
ATQUE CLARISSIMUS

DOMINUS

ERNESTUS GE-
ORGIUS RUHMIUS,

SCHOLÆ COTBUSINÆ RECTOR

LIBERALISSIME MERITUS
DEO TER OPTIMO INDULGENTE
DIEM SUUM

NATALEM

AD V. CALENDARUM FEBRUIARII FELICITER
AGERET,

LEVIDENSIS, QUOD PRO MORE OFERE-

BANT, MUNUSCULI ANIMUM OPTIMUM
PAUCIS HISCE LINEIS
DECLARARE CONABANTUR

AUDITORII MAJORIS ALUMNI.

MDCCXXIX.

COTBUSII, Literis Johannis Michaelis Kühnii.

AN

QVOT QVOT SUMMI JURIS MINUS TENACES ESTIS,
HUC ADEFSTE!

Non muneribus, sed munerum causa hic agetur.

Qui nos, qvantulicunque sumus, sui muneri fecit,
renovata indies diligentia nos in jus vocat:
acceptorum beneficiorum conscientia adigit:

Nemo non quamplurimis nominibus nos obstrictos pronuntiat:

Animam nos debere sponte profitemur:

Profanus esto, si quis secus forte sentiat.

Repetundarum tamen reos nemo nos agito.

Quicquid eruditio[n]is, scientiaeque Tibi,

Clarissime Ruhmi

coelitus concessum est,

in communes Tibi utilitates datum est.

Si quid a te liberaliter offerente accepimus,

Si quid officiose rogando suffurati sumus,

Si quid intempestive adeundo extorsimus,

id omne summo nostro jure factum esse

contendimus.

AGE ergo, Vir optime, & nobiscum ita
tranfuge:

Nos omnes ex ase tui sumus,

nam totum te nobis addixisti.

In perpetuam nos servitutem Tibi dicamus,

qnoniam nobis inserviendo consumeris.

Qyam referre gratiā nondum valemus, habere

nos tibi perfadeas;

verbis magnificis gratias agere supersedemus,

ne pro meritis qyam maximis verba dare videamur.

Quos a nobis tuorum beneficiorum fructus repetis,

constanter adhuc negamus,

qvia nondum ad maturitatem pervenerunt.

Ergo prodigus in nos opum tuarum esse perge,

ut nobis ad Te remunerandum suppetat.

Levidense interim hoc munusculum nostræ pietatis
pignus esto atque teslera.

Animi tui comitas, nostriqve integritas, resarcient,
quantum argento ponderis deest.

Debita nostra hac ratione nos persolvere velle, ne qvæso
existimes.

Nam ea confirmare, augere, cumulare animus est.
Hamatorum tamen munerum numero nostrum hoc
habere licet, si libet.

Malarum solummodo artium suspicione nos esse
vacuos velis.

Præceptorum suorum provocare atque alere
industriam, gratiam, alacritatem, indulgentiam,
utiliusne an æquius?

Qvacunqve demum hoc ratione fiat,
honestissimum est.

Dant pro hominum opinione muneris aliquid
homines egeni, diviti,
miseri, felici,

ut ambabus, qvod ajunt, manibus hauriant,
quod e compressis quondam digitis parce destillavit.
Arcebit a nobis invidiam piæ fraudis privilegium.
Ad postremum, qvæ muneribus placandi vis inesfè
vulgo creditur, a nostro levidensi munusculo

qvam longissime absit.

Qvo enim Tibi hoc gratius erit,
Vir Clarissime,

eo Te in labòribus injungendis improbiorem,
in condonandis delictis difficiliorem,
in moribus degenerum castigandis
severiorem,
in impietate denique vindicanda magis
inexorabilem
cupimus, optamus, poscimus.

Nur für den Lesesaal

Keine Fernleihe Sch

78 N 17

Fests. Handschriften

Hm a. 7m

ULB Halle
001 505 238

3



Th -> DL



85
40
42

CUM
VIR NOBILISSIMUS, DOCTISSIMUS
ATQUE CLARISSIMUS
DOMINUS
ERNESTUS GE-
ORGIUS RUHMIUS,
SCHOLÆ COTBUSINÆ RECTOR
LIBERALISSIME MERITUS
DEO TER OPTIMO INDULGENTE
DIEM SUUM
NATALEM
AD V. CALENDARUM FEBRÜARII FELICITER
AGERET,
LEVIDENSIS, QUOD PRO MORE OFERE-
BANT, MUNUSCULI ANIMUM OPTIMUM
PAUCIS HISCE LINEIS
DECLARARE CONABANTUR
AUDITORII MAJORIS ALUMNI.
MDCXXIX.

COTBUSII, Literis Johannis Michaelis Kühniæ
Graecæ operis editionem præfationem translatam
et collatione apud Regiomontum
R. Boëtius apud T. Lemmerseianum impensis
in opere ad T. Lemmerseianum impensis